



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

32. Quidam Eccles. ab Episcopo excommunicatus, cum intereà pro Christo martyriu[m] subiret, corona & præmio martyrij antequam ab ipso Episcopo absolueretur, frui non potuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

sepulchrum fratris illius, & precationem hanc
perlege. Quod ubi factum fuisset, monasterij
preses per quietem fratrem hunc conspicit.
Mox eum compellans: Tua causa mœsti sumus
ô frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obie-
ris. Quamobrem dic obsecro nobis, quonam
in statu & conditione sis. Tum ille respon-
dens: Reuera, inquit, ô pater, ad hesternum vs-
que diem carcere quodam clausus fui. Verum
hodie solutus ac liber factus sum. Hoc modo
cunctis innotuit eadem hora, qua diaconus
precationem illam supra sepulchrum lege-
rat, noua & admirabili ratione fratrem istum
à sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quo-
que satis existimari potest, quanta vis sit e-
ius vinculi, quo mortales à sacerdotibus li-
gantur.

*Michael Glycas parte 4. Annalium. Qui-
dam Ecclesiasticus ab Episcopo excommuni-
catus, cum interea pro Christo martyrium sus-
biret, corona & premio martyrij antequam
ab ipso Episcopo absolueretur, frui non po-
tuit.*

CAP. XXXII.

IN historia Ecclesiastica Philonis philoso- *Ex Philonis*
phi reperitur, quodam persecutionum Pri *Ecclesiastica*
scarum tēpore seniori Ecclesiastico ab an- *historia.*
tistite sacris interdictum fuisse. Quum autem
senior ille quandam ob causam necessariam
aliquò præfectus esset, accidit vt ab Ethnicis
comprehensus, testimonio suo veritatem ob-
signa-

Excommun- signaret. Hinc templum eo loco conditur, &
icatus si mar renoualia peraguntur: quumque antistes hæc
tyr. verba pronunciaret, pax vniuersis: Sandapila

templo excessit, idque non semel, sed bis ter-
 ue factum. Huic per quietem antistiti senior
 oblatus: Abito, inquit, & episcopo meo sis au-
 ctor, vt huc veniat, meque vinculis exsoluat.
 Nam officio me sacro exclusit, ideoque sacris
 interesse vobiscum, nequeo. Testimonij qui-
 dem coronam consequutus sum, sed Dei faci-
 em necdum conspexi. Quid si me ipse præse-
 ctus non exsoluerit, alius exsoluere non pote-
 rit. Quum igitur his obtemperatum esset, San-
 dapila templo excedere desijt. Atque hanc ob
 causam Deo cuncti gloriam tribuebant, qui
 seruis suis eiusmodi potestatem concessisset.
 Ioannes quidem orator ille aureus hac de re
 verbis huiusmodi differit: Nos secundum le-
 gem atque præscriptum Ecclesiasticum vin-
 cula quibusdam iniicimus. Ea si quis flocci
 pendit, is sciat mortis atque iudicij tempus ap-
 petiturum, quod ipsum doceat, Dei sermonem,
 & eius Ecclesiæ leges minimè falsas ac menda-
 citer excogitatas esse.

chrysostomi
locus.

Gregorius Magnus lib 1. Dialog. cap. 2. De
virtutibus Seueri sacerdotis, cuius precibus
& lachrymis defunctus quidam ad inferos à
demonibus deductus, vitæ restitutus est, &
pœnitentiæ tempus & gratiam adeptus, tan-
dem feliciter ad Dominum migrat.

C. A.